



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 55. Principum ac illustrium obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](#)

Sæc. XVII.

A.C. 1642.

§. LV.

Principum ac illustrium obitus.

Inter Reginas fortunæ varietate jactatas facile præcipuum sibi locum vendicat Maria Medicæa, Henrici IV. Gallicarum Regis conjux, & Ludovici XIII. Mater, vivum rerum humanarum documentum: Hæc trucidato Marito suo totius Regni administrationem sibi soli vendicabat, non sine maxima Regionum Principum invidia, quorum ac præcipue Luynæi impulsu Aula exulare jussa, Blesis in carcerem detrusa est, inde vero Espernonii Ducis, qui hoc item anno decepsit, subfido erepta, Aulæque restituta, fortuna rursus aspirante non modo pristinam auctoritatem, sed & imperium in Regem, regiosque obtinuit, eodemque felicitatis vestigio diu stetisset, nisi Richelium Cardinalem ad supremum gloriæ apicem extulisset: æmulatione enim inde exorta, dum initis unacum Regis Ludovici Fratre & conjuge pastis, eundem Cardinalem postea deprimere moliebatur, eo demum se ab eodem, quem evexerat, redactum vedit, ut rursus Aula & Regno excedere, ac in Belgium, in Hollandiam, ac demum in Angliam ad Filiam suam aufugere cogeretur: cum

Uu 4 au-

*Vallor hist.
de Louis
XIII.
Morgues
recueil. des
Pieces.*

Sæc. XVII. autem ab Anglis obtento Religionis p.
A. C. 1642. riculo, Regno excedere jussa, nec in
 Belgium, nec in Etruriā, minus ve-
 ro in Hispanias sese recipere vellet, Co-
 loniam contendit, ubi rebus omnibus
 ad vitam necessariis destituta, omnium
 præterquam sui Filii, ac Richelii clien-
 tis miserationem concitatbat, demum
 vero inter opera Christianæ pietatis &
 patientiæ anno ætatis suæ sexagesimo
 octavo ibidem deceasit. Eodem ferme
 tempore, quo Maximilianus Henricus
 Maximiliani Bavariæ Electoris ex Fratre
 Nepos in Ferdinandi Colonensis Archi-
 episcopi Coadjutorem fuerat designatus,
 & a summo Pontifice confirmatus, re-
 pentina suffocatione extinctus est Fran-
 ciscus Hatzfeldius Herbipolensis, &
 Bambergensis Episcopus, necnon Fran-
 ciæ Orientalis Dux: Habuit Successo-
 rem in Herbipolensi Ecclesia, Joannem
 Philippum Comitem de Schönborn, in
 Bambergensi vero Melchiorem Baro-
 nem Voit de Salzburg, ambos sapien-
 tia rerumque usu Principes celebre-
 rimos.

§. LVI.
Scriptores Ecclesiastici religione Ca-
tholici hoc anno mortui, eorum-
que opera.

Hunc